



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXVII. Rubrica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

in his, qui jubere possunt, non verò in iis, qui jubere non possunt, d. l. i. §. i. ff. mand. siquidem rogationem Domini esse præceptum, patet ex gloss. in l. i. verb. quemadmodum quod iussu. juxta Mimum rogando cogit, qui rogat potentiorum, Welsch. i. consil. 45. n. 11.

CAP. LXXVI.

Roma.

Roma est caput orbis terrarum, l. 3. §. quoniam verò. C. de Consulib. l. i. §. 10. C. de V. l. E. & omnium civitatum, §. ult. Instit. de sacra, & nationum, cap. beati, in fin. 2. q. 7. communis nostra patria, l. 33. ad municip. l. 19. de interd. & releg. l. 2. C. de Consul. Tusch. pñct. concl. tom. 7. concl. 366. Lud. Gomez ad §. fuerat. num. 5. Inst. de act. ubi intelligit non respectu urbis, sed propter residentiam Imperatoris. Urbs æterna & terrarum domina, Ammian. l. 14. in qua fortunam imperii habitare putabatur, Arnold. Clapmarus de arcan. Rerum publicar. l. 2. cap. 26. Ungepaur. exercit. Justinian. 5. q. 2.

CAP. LXXVII.

Rubrica.

Axioma I.

Ex rubrica optima sumitur interpretatio nigri, sive ipsius textus, qui rubrica subicitur, Bart. Bald. Alex. Dec. in l. i. per ill. text. ff. de reb. cred. & tot. tit. C. de relig. & sumpt. Bart. in l. i. ff. de confirmat. tut. Gloss. in l. i. circa fin. C. ne fideiuss. dot. dentur. & in Auth. ad huc C. de usur. Quando enim aliqua materia posita est sub aliqua rubrica, inde iudicatur esse illius naturæ, cuius est rubrum, Gloss. in cap. i. & in cap. si super. de offic. deleg. in 6. & in cap. tibi qui. de rescript. Everhardus in loc. Topic. à rubric. n. 1. ubi post alios à se allegatos addit iis locis, argumento hoc concludi posse, Executores & conservatores datos à Papa habere jurisdictionem delegatam, quia de ipsis agitur sub rubrica de offic. deleg. & n. 4. subicit Legem vel Canonem in dubio intelligi debere, ut conveniat rubricæ, per l. Imperator 16. ubi Bart. ff. de in diem addit. & Panorm. in cap. inter alia. circa fin. de immunit. Ecel. Quod & de statutis respondet Decius consil. 396. num. 7. dicens: Rubricam declarare & demonstrare intentionem statuti. Hinc Bald. in l. un. col. 2. C. ne liceat ter provoc. inquit: Quando textus est dubius, rubricam probare, quomodo talis textus intelligendus sit, additque hoc valde notabile esse pro rubricis statutorum, vide & Decian. respons. 13. num. 26. lib. 3. ubi ait ab omnibus Doctoribus doceri, in dict. l. i. ff. de reb. credit. quod ex rubrica statuti arguere liceat, consule & Johan. Fichard. in specie de statutis Reipublicæ Francofurtensis agentem consil. 33. n. 18. lib. 2. Quare si rubrica sit generalior nigro, hoc est, plus contineat, quam Leges posita sub ipsa, allegari posse ad decisionem causarum, tradit Glossa ex l. i. & rubr. C. de Capit. Civitat. cens. exim. lib. 11. quod verum, si orationem perfectam habeat, Ripa in

dict. l. i. n. 13. Bolognet. n. 11. & Cagnol. num. 23. quia quando rubrica plures casus decidit, nigrum verò decidat unum, videtur hoc exempli gratia fieri, quod non restringit regulam, §. hætius. Instit. de gradibus, vel poni ille casus tanquam magis dubitabilis, quo casu inde non excluduntur alii casus in rubrica expressi. Vide Fachin. n. contr. 67. si itaque verba nigri sint obicura, declarari debent per rubrum. Gloss. in l. i. C. ne lic. tertio provoc. & latè prosequitur Fachin. in questione, si statuti rubrica ita erat concepta. Filia dotata non succedat, an generaliter intelligatur exclusa etiam à bonis patriæ, cum in nigro nihil diceretur, nisi de bonis matris & avia, n. contr. q. 68. per tot. quia ex rubro nigro explicandum est. Nic. Everhard. d. loc. n. 11. Gloss. & Bart. in l. i. C. de cap. civit. censib. exim. Carptov. P. 4. Constit. 6. Defin. 1. n. 7.

Limita: nisi quando textus cum rubrica repugnaret, tum enim textus magis attenditur, quam rubrica, Jason in l. i. n. 5. de reb. cred. Everhard. d. loc. num. 12. Menoch. lib. 6. presump. 2. n. 17. quo referri potest r. i. C. de suar. ubi Azo in summa lib. 11.

II.

Rubrica præbet auctoritatem arguendi, sicut textus gloss. singularis in l. i. C. etiam ob Cirograph. fac. l. pen. ff. de stat. homin. gloss. sub rubric. ff. ad Leg. Jul. de adult. & l. i. ff. si cert. petatur. Inde rubricæ ad denotandum id, quod in contextu habetur, conscribuntur, ne rubrica plus quam in textu legis disponere censeatur. Alciatus in rubric. ff. de reb. credit. Menoch. 6. de presump. 1. n. 4.

CAP. LXXXIX.

Ruina.

Ruina metus sit stantium, si enim 40. in fin. de penit. dist. 2.

CAP. LXXXIX.

Rumor.

Rumor minus est quam fama, Innocent. in cap. 3. tit. de presump. per cap. super eo 2. de consanguin. & affin. Rumor enim facilius nascitur, quam fama, l. fin. ff. de hered. instit. l. 28. ff. de inoffic. testam. Cicero 1. de Orator. indeque rumor viciniae non facit probationem, cap. super j. exir. de eo, qui cognov. consanguin.

CAP. LXXX.

Rusticitas, Rusticum, Rusticus.

Axioma I.

Rusticitati hominis parcendum est, l. 2. §. 1. si quis in jus vocat. non ierit. & rusticitati venia præbetur, Novell. 154. cap. 1. quæ enim per rusticitatem omittuntur, ea nocere non dicuntur, l. i. §. ult. de ventr. inspic. l. 3. Cod. de defens. civit. Unde videmus rusticitatem excusare à dolo presumpso, Jason in l. 7. ff. de jurid. num. 32. Ripa